



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 104. Legati querelæ ad Regem contra inducias cum Navarro initas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

tibus addicti sese hujus Carmelitæ, qui ^{Sæcul. XVI.}
Theologiæ præstantia clarissimus erat, ^{A.C. 1589.}
auctoritate tuebantur: ast fœderati
mox sub falso hujus Doctoris nomi-
ne librum, in quo doctrina omnino con-
traria continebatur, subrogarunt, eum-
que ubique divulgarunt: verum, brevi
spurius hic partus supprimebatur.

§. CIV.

*Legati querelæ ad Regem contra in-
ducias cum Navarro initas.*

Interea Papæ Legatus, cum Regem ad
inducias cum Navarro Rege firmandas
paratum intelligeret, rupta omni mora
Henricum adiit hac super re vehemen-
ter questus, præcipue autem Regi hæc
exponebat: „tua agendi ratio omnino
„adversatur iteratæ, quam fecisti, polli-
„citationi, qua, etsi Guisium Ducem
„morti tradideris, nihilominus te bel-
„lum contra hæreticos profecuturum
„spondidisti: qua spe fretus plurima in
„tuum favorem, atque utilitatem Romam
„perscripsi, ac tuam causam apud sum-
„mum Pontificem potenter adjuvi,
„nunc vero omnia, quæ perscripsi, unice
„tam ad imminuendam, quæ de te ha-
„beatur, existimationem, quam ad
„vertendam fiduciam, quæ in me tan-
„quam Sedis Apostolicæ Legatum re-
„ponebatur, conferre videntur; notum
„enim

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

„enim erit omnibus, quod copiis con-
 „tra Protestantés destinatis non sine
 „partis Catholicæ excidio invadere de-
 „creveris illos, qui sacræ Sedi obnoxii
 „ac summi Pontificis auctoritati sub-
 „jecti sunt., Rex ad hæc ita reposuit:
 „nullum foedus inii cum Calvinistis, imo
 „etiam si pacem cum illis pepigissem,
 „illius culpa non mihi utpote hæreses
 „debellare semper parato, sed Pontifici
 „imputanda venit, quia ille absolu-
 „tionem mihi impertiri pertinaciter de-
 „negavit, hac autem ratione meorum
 „subditorum rebellium factiones semper
 „foventur: insuper culpa hæc etiam reip-
 „si debet in Maduani Ducis, aliorumque
 „foederis Principum pertinaciam, qui
 „suum a pace aversum animum sat mani-
 „feste testatum reddiderunt, dum hujus
 „controversiæ arbitrum Sanctitatem
 „suam admittere recusarunt: porro hæc
 „tibi metipsum nota sunt, quia ipse
 „ad flectendum hujus Ducis animum
 „frustra operam tuam impenderas: de-
 „cetero extrema perpende mala, qui-
 „bus Regnum affligitur, hinc invitus
 „licet, vi, ac necessitate compulsus ad
 „hoc medium confugi.,

§. CV.

*Legatus relicta Francia Romam
 reversus.*

Acce-